Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Obedientia q[ui]nq[ue] bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

tiam, perdidit uitam. Quartum eſt,
bona quę ex obedientia oriuntur.
de hac materia, uide in ſequenti cap.
Quintum eſt, mala quę ex in obedien
tia proueniunt. Et de hac materia ui-
de in cap. de inobedientia, &c.

Obedientia quinque bona facit.

PRimum eſt quia obedientia im
petrat à deo quod poſtulat.
Grego. Gregorius. Si obedientes fue-
rimus præpoſitis noſtris, obedit De-
Auguſ. us orationibus noſtris. Et P. Augu
nus. Citius exauditur una oratio obe
dientis, quàm decem millia conte-
1. Io. 3. ptoris. Io. Si cor noſtrum non repre-
hendit nos fiduciam habemus ad do-
minum, quòd quicquid petierimus
accipiemus, &c. Secundum, eſt qu
obedientia hominem ſeruum dei fa
Matt. 7. cit. Matt. Non omnis qui dicit mihi
domine, domine, intrabit in regnum
cælorum, ſed qui facit uoluntatem
patris mei, &c. Magna ſecuritas eſt
habere deum omnipotentem. Vide
Ambr. Ambroſius. Mori non timeo quia bo
Pſa. 143 num dominum habeo. Pſal. Beat
cuius eſt Dominus deus eius, &c.
Tertium, quia de inimicis triumphat
Prou. 21 Prou. Teſtis mendax peribit, uir obe-

diens loquetur uictorias. Teſtis men-
dax eſt qui profeſſus eſt obediētiam,
& eam non ſeruat, qui in pręſenti pe
rit dum in bello ſpirituali ſuccumbit;
in futuro peribit, quia æternaliter
damnabitur. Quartum eſt, quia
animam cuſtodit & conſeruat in bo-
no ſtatu. Prou. Qui cuſtodit obedien Prou.19
tem cuſtodit animā ſuā. Gloſſa. Obe- Gloſſa.
dientē merito cuſtodit Deus tanquā
ſuum. Eccleſiaſticus. Qui cuſtodit Eccle.8
mandatum, non patietur quidquam
mali. Et Bernardus. Obedientia di- Bernar.
rigit greſſus noſtros, & ſanctæ con-
uerſationis promeretur gratiam.
Quintum eſt, quia liberat hominem
à malis æternis. Prou. Verbnm cuſto- Prou.29
diens filius extra perditionem erit.
Idem. Qui autem me audierit abſq; Idē. 1.
timore erit, & abūdantia perfruetur.

Obedientiæ gradus ſunt quinque.

PRimus eſt obedire libenter.
Exod. 35. Iſte eſt ſermo quem Exo.35
præcipit deus, omnis uolunta-
rius & pro animo offerat primitias
domino. Eccleſiaſticus. In omni dato Ecc.35
hilarem fac uultum tuum, &c. Nam 1.Cor.9
hilarem datorem diligit deus. Et Ber Bernar.
nardus. Nubiloſa corporis cōpoſitio,
& facies triſtitiæ turbinis obfuſcata